



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Reiberßdorff.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

*Monasteriens.* desolata & per voraginem ignis consumpta ac paulatim erecta legitur, prout luculenter circa muros vestigia edocent. Super quibus igitur bonis fundata modernis temporibus cernitur, pro maiori parte nomine tenus cum anno soluendorum censum per partes officiorum celariis & oblaij qui cupidus horum studiofa mente percurritur, reperiet distincte & ad manum sub uno induito.

### Puechberg

**H**ainricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni dux Bauarie. Vniuersis praesertim inspecturis declaramus, quod cum fidelis noster Ulricus Dapifer de Eckenmul montem qui de Puechberg, quem a nobis tenebat in feodo cum suis pertinentiis nostris manibus libere resignasset nos pio ducti desiderio montem ipsum cum omnibus attinentiis donauimus & tradidimus iure proprietario in perpetuum Ecclesiae Monasteriens. quam ratione iuris patronatus speciali tene- mur amplecti gratia & fauore. In huius ergo donationis memoriam & stabilem firmitatem, presentem literam eidem Ecclesiae dedimus nostri sigilli munimine roborata cum testibus subnotatis, quorum nomina sunt haec: Frid. de Perge. Ulric. dapifer de Eckenmul. Sifrid de Sigmborn. W. de Frauenberch. H. de Puechberg. O. & Al fratres de Strubing. Hainricus Notarius & alij. Actum in Haidavv anno domini M. C. C. L X. pridie Idus Iunij.

### Reibersdorff.

**N**os Eberhardus Dei gratia Praepositus Monasterien. Ratisbon. dioc. Notum facimus vniuersis praesenscriptum inuentibus, quod cum Capitulum eiusdem Monas: Ecclesie Conrado dicto Prular, exhibitori presentium quandam piscariam Ribrechtstorff ad praebendam eiusdem Capituli pertinentem in feodo consulisset, petuit a nobis ut ex officio Praepositurae nostrae ratam concessionem huiusmodi haberemus. Nosigitur petitioni suę condescendentes quidquid per praedictum Capitulum eidem Conrado in prænotata piscaria est concessum liberaliter in idem consentimus & iuxta formam comprehensam in privilegio sigillis domini Leonis venerabil. Episcopi Ratisbon. nec non eiusdem Capituli communicato ratum habere volumus in futurum. In cuius reitellimonium presentem schedulam sigilli nostri robore fecimus communiri. Acta sunt hec anno M. C. C. L X VIII. In die beatorum Processi & Martiniani.

### Holzwaehs.

**N**os Heinricus Dei gratia, Ecclesie Ratisbonen. Episcopus & Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni, dux Bauarie notum facimus omnibus praesentia inspecturis, quod constituto in praesentia nostra Brunone de Brennenberch accepta quadam pecunia quantitate, probato primum persacramentum suum quod quicquid habebat in villa, prope mansionem Canonicorum dicta Monasterium apud Strubing proprietatis seu allodialis titulo obtineret, ipsum totum cum omnibus sibi inibi attinentibus redditibus iuribus & aliis quibuscumque cum quæstis & inquirendis pratis, pascuis, siluis & agris Canonicis Monasteriensibus, tradidit & donauit perpetuo possidenda; renuncians omniuri & actioni quod sibi competere poterat aut suis posteris in futurum. Ut igitur talis traditio seu donatio sine calumnia utpote rationaliter facta procedat,

in